

**238** imaginum domus | Aug. cultorib., signum | Libertatis restitutae | Ser. Galbae imperatoris Aug.<sup>1</sup>, | curatores anni secundi: | C. Turranius Polybicus, | L. Calpurnius Zena, | C. Murdius Lalus, | C. Turranius Florus, | C. Murdius Demosthenes, | s. p. d. d. (*in latere sinistro*) dedic. idib. Octobr. | C. Bellico Natale | P. Cornelio Scipione Asiatico cos.<sup>2</sup>

*Romae (VI 471 descripsit Smetius). — 1) Libertas restituta legitur etiam in nummis Galbae (Eckhel 6 p. 293). Augusti dicitur libertas, ut etiam alia numina dicuntur Augusti. — 2) 15 Oct. 68.*

**239** horriorum (*sic*) | [S]er. Galbae imp. Augusti, | C. Bellico Natale | P. Cornelio Scipione Asiatico cos.

*Romae, in basi columnae incertae quo loco repertae, nunc in museo Capitolino (VI 8680).*

**240** [d]is mánibus | [L.] Calpurni [P]isonis | Frúgi Liciniani<sup>1</sup>, | [XV]vir. s. f.<sup>2</sup>, | et Vé[r]aniae, | Q. Véraní cos., aug., f., | Geminae<sup>3</sup> | Pisónis Frugi.

*Romae rep. ad viam Salariam (Bull. dell' Inst. 1885 p. 10). Est titulus sepulchralis Pisonis Liciniani, adoptati a Galba d. 10 Ian. 69 et paucos post dies caesi, uxorisque eius. — 1) Adoptionis illius funestae nullam rationem habuisse eos qui titulum posuerunt, non est mirum. (In actis Arvalium mentionem putant extare [Ser. Sulpici Gal]bae C[aesaris], VI 2031 v. 27 cf. Henzen act. Arv. p. XCI). — 2) Magistratus nullos gesserat Piso, natus annos unum et triginta et diu exul (Tac. hist. 1, 48). — 3) Veraniam uxorem Pisonis memorant Plutarchus Galb. 28, Tac. h. 1, 47, Plin. ep. 2, 20, 2. Pater eius Q. Veranius consul fuit a. 49, decessit in legatione Britanniae a. 61. — Una prodierunt tituli M. Licinii Crassi Frugi cos. a. 27, patris Pisonis, et Pompei Magni fratris eius, denique aliorum eiusdem familiae hominum, quos infra dabimus inter titulos virorum ordinis senatorii.*

### Ex actis fratrum Arvalium a. 69.

**241** — — — — | imp(eratore) M. Othone Caesare Aug(usto), L. Salvio Othone Titiano II co(n)s(ulibus)<sup>1</sup> | III k(alendas) Febr(uarias), mag(istro) imp(eratore) M. Othone Caesare Aug(usto)<sup>2</sup>, promag(istro) | L. Salvio Othone Titiano<sup>3</sup>, colleg(i) fratrum Arval(ium) nomine im|molavit<sup>4</sup> in [Cap]itolio ob  
50 vota nuncupata pro salute imp(eratoris) M. | Othonis Caesaris [s] Aug(usti) in annum proximum in III non(as) Ianuar(ias)<sup>5</sup> | Iovi b(ovem) m(arem), Iunoni vacc(am), Saluti p(ublicae) p(opuli) R(omani) vacc(am), divo | Aug(usto) b(ovem) m(arem), divae Aug(ustae) vacc(am), divo Claudio b(ovem) m(arem). In colleg(io) adfuerunt | L. Salvius Otho Titianus, L. Maecius Postumus, P. Valerius M[a]rinus, M. Raecius Taurus !!!!!!!!!<sup>6</sup>.

55 Idem co(n)s(ulibus) IIII k(alendas) Ma[ri]t(ias) | in aede divi Iuli, astantibus fratrib(us) Arval(ibus) cooptat(us) est in locum S[er. Sul]pici Galbae<sup>7</sup> L. Tampius Flavianus, mag(isterio) imp(eratoris) M. Othonis Caesaris [Augusti II, pro]mag(istro) L. Salvio Othone Titiano. In collegio adfuerunt Otho Titianus, P. V[aleri]us Marinus, L. !!!!!!!!!<sup>6</sup>.